Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dixerunt q̃ uiri illi. Non inuenemus in
daniele aliquam occasionẽ. nisi forte in lege
dei sui. Felix ĉuersatio in qua inimici nullã
repperiunt occasionem nisi in legitimis
dei sui. Tunc principes & satrapę surripue
runt regi. & sic locuti sunt. Pulchre dixit sur
ripuerunt. Non enĩ hoc locuti sunt q̃d agere
cogitabant. sed p honore regis inimico moliun
tur insidias. Nunc itaq; rex ĉfirma sententiam.
& scribe decretum. ut non immutetur quod sta
tutum est a medis atq; p̃sis. Perspicuum fit quod
sup̃ diximus unũ fuisse regnũ sub dario & cyro
medorum atq; p̃sarum. Quod cum daniel com
perisset. id est constitutã legem. ingressus est do
mum suam. & fenestris apertis in cenaculo suo
contra ierlm. trib̃ temporib̃ in die flectebat ge
nua sua deo. De omni scriptura sĉa celeri memo
ria ĉgregandum est. ubi ἀνώγαια quę latine
dicuntur mena vel tecta siue solaria. & ἀνά-
γαια id est cenacula legerimus. Nam & dns nr̃
pascha celebrat in cenaculo. & in actib̃ aplorum
sup̃. c. xx. animas credentiũ spc sĉs descendit